



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Hac hebdomada. De multiplicatis panibus, & de SS. Sacramento, cuius
figura quædam fuit illa panum multiplicatio. Feria 2. De secessu Domini &
Discipulorum eius in desertum. Christo non servit, qui ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

HAC HEBDOMADA, cùm à Judæa Dominus transisset in Galilæam, adduxit Discipulos suos in desertum, quò statim cōvenit multitudo multorum milium quos ex triduano jejunio fessos pavit, multiplicatis quinque panibus & pīcibus; tum divino illos sermone instruxit qui habetur Joannis sexto, de Sacramento lui Corporis, cuius figura quædam fuit, antecedens panum multiplicatio.

F E R I A S E C V N D A.

D E S E C E S S V D O M I N I E T D I S C I P U L O R U M E J U S I N D E S E R T U M

*Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pus-
sillum, Marci. 6.*

V E R I T A S P R A C T I C A.

Christo non servit, qui Christo quidem laborat,
sibi verò quiescit.

*RATIO EST, Quia Christo non servit qui debi-
tam ei servitutis partem subtrahit.
Sed qui Christo quidem laborat, sibi verò quies-
cit, debitam ei servitutis partem subtrahit.
Ergo is Christo non servit. Quid cùm sit valde
pudendum & damnum, audiendus Christus
Dominus vocans ad quietem sicut ad laborem
unde nec minus quiescendum propter Christum
quam laborandum.*

I. P U N C T U M.

MARCI. 6. *FATIGATOS ex longo itinere Discipu-
los, seu variis iterarum sēpe missionum
laboribus fractos, cùm Dominus paulu-
lum recreare vellet, Venite, inquit, seor-
sum, in desertum locum, & requiescite pusillum. E-
rant enim, ut addit Evangelista, qui veniebant &
redibant multi, & nec spatum manducandi ha-
bebant. O felix pro Christo labor! O felix cum
Christo quies! Quiesce tantilper in illo affectu-
tum vide accuratus, quomodo ille ipse qui o-
perarios suos ad opus & laborem vocat, revocat
ad quietem: neque hi aliter requiescent quam ut
laborarent, nempe non aliter laborarunt quam
vocati: seu missi ad opus & laborem, & que et-
iam ab opere & laborecessant nisi revocati, nisi
jussi ut quiescant. O illustre documentum quo
discimus quid sit servire Christo! Multu enim*

putant satis esse si quas horas impendant in e-
jus obsequium vel orando, vel studendo, vel
cuivis dénum suo, vocando muersi: tunc verò
post sibi vivant, sibi mandent, sibi relaxent at-
nimum, sibi orientur, sibi quiescant, & uno ver-
bo quidquid vitæ degenda supereat, prout ve-
lant transfigant, & quidquid velint, sui gratia ve-
lant & agant.

Sed errant profectio graviter: & contra hunc
errorem statuit proposta veritas, *Quod is
Christo non servit qui Christo quidem laborat, se-
bi autem ita quiescit, quasi quiescendo & rela-
xando animum non ita spectandus esset Christus
sicut laborando. Non est hoc servire Christo, non
est servire Domino suo si debitam ei servitutis
partem detrahas, quam nullo modo vellit sibi
detrahi. Sicut enim peccarent Domini qui debi-
ta mercedis parte servos defraudarent, sic planè
peccant servi, si debitam Dominis denegent ser-
vitutis partem. Servi, obedite per omnia Domi
nisi carnibus, Vide ut nihil excludit Apostolus, Colossi,
qui & rufum expressius; Servos, inquit, Domi-
nis suis subdetos esse, in omnibus placentes non con-
tradicentes, non FRAVD ANTES, sed in omnibus
siderem bonam ostendentes. Quæ si Dominis carnibus
præstanda sunt, quanto magis Christo, qui
tale jus habet in universam vitam nostram, ut
ipse de jure suo non possit remittere, nec te ita
debito servitutis eximere ut aliquam vitæ par-
tem non illi debreas, ac nisi reddas, fraudis facte-
rus existas.*

*Et ceterè, si Apostolus proponit servitutem
quam debemus Christo in exemplar servitutis
quæ debetur hominibus, velitque per omnia fer- Ephes. 6.*

Lug. 12. **D**uos obediens suis Dominis carnalibus, non ad ocu-
lum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut
servos Christi; Nonne consequens est, sic ipsi
Christo plenè atque universim serviendum esse,
nulla ut debita servitutis pars desit? Alioquin
quomodo inde concluderet, sic Dominis servi-
endum in omnibus sicut Christo, nisi sic Christo
serviendum esset in omnibus? Ille servus qui co-
gnovit voluntatem Domini sui, & non fecit se-
cundum voluntatem eius, vapulabit multis. Cur
porro nisi quia non servit Domino? Cur vero
non servit Domino, nisi quia debitam ei servitutis
suae partem negat & subtrahit? O infidum
servum, qui cum subtrahos homines à serviute
sui Domini deberet in officium revocare: se in-
de etiam, maligne subripit, & malignitas suæ
justas obtendit causas!

II. P U N C T U M.

SED qui Christo quidem laborat, sibi vero re-
quiescit; sic debitam ei servitutis partem sub-
trahit.

1. Cor. 6. **N**am cum illa requies & relaxatio animi sit
pars quædam vitæ, vitam autem debeat omnino
in regnum & nulla ex parte deficitatem in eis
servitutem, profecto tantum debita servi-
tutis, quantum de uitæ. Aut neget Christianus
debet se totam vitam Christo, aut faceatur
se quod debet non reddere, si tollit illam vitæ
2. Cor. 5. partem quam sibi soli applicat. Non estis vestri,
empti enim estis pretio magno. Vi qui vivunt, jam
non sibi vivant, ait Apostolus; quod ut apertius
videas, inquire apud temetipsum, cur labore ille
servus Christo, quilibetem illi suum non ne-
garat. Cur Christo servit ex illa vitæ parte qua la-
borando consumitur; Dicat aliquando causam,
appelleret aliquem titulum quo se putet obliga-
tum ad illam suæ serviutis partem quam conce-
dit. An quia Christus est Dominus? An quia Re-
demptor noster? An quia Judge & Retributor
futurus? Dic, dimidiare Christi serve, die quod
voles nomen quod inferre tibi videatur aliquod
servitutis obsequium; nisi videatur totius vitæ
inferre serviutem, sanctum illud nomen bla-
phemabis, tantumque illi detrahes dignitatis &
meriti, quantum de servitio putabis detrahen-
dum. Cum enim tale sit nomen ut quantus
quantus es, totum te Christo addicat: tu qui par-
tem tui tantum inde concedis, & negas aliam;
non negas sancto nomini quod debetur? Non
ac jux Christi proscindis? Non ac imperium con-
Hayne fuit Pars tertia.

trahis? Nonne dominium concilcas? Nonne id
denique ipsa dicit quod solus ausit profiterie
impius. Quis est omnipotens, ut ex illa parte ser-
viam eum? O intolerandam audaciam.

Adi posset quod alibi monstratum est, illam *in t. par-*
vitæ partem quæcessatur labore, tanquo magis *te, die 4.*
debet Christo, tanquo est carior, & quantuo est *Januarij.*
evidentius periculum, ne, cum sibi quis vivit &
non Christo, solitus vivat & liberius peccet. O
quantatuo lingue libertas! o quanta turu pec-
candi proclivitas?

III. P U N C T U M.

NON servit igitur Christo, qui laborat quidem
Christo, sibi vero requiescit; Quia dum sibi
requiescit, se ita subtrahit Christo sicut si sibi la-
boraret: cum æquè illi debeat quietem, ac labo-
rem: cum illi æquè debeat illam vitæ partem
qua quiescit, atque illam qua laborat: cum illi æ-
què debeat illum vitæ actum quo loquitur, at-
que illum quo siler: cum illi denique se torum
debeat, ex quo toto quantum deducit, tantum
de servitute ducit, tamquo verius dicendum
de illo est quod Christo non servit. *Huiuscmodi Rom. 1.6.*

Christo Domino nostro non serviant, sed suo van-
tri, iux libidini, iux quam vocast recreationi &
voluptati.

Hoc est scilicet claudicare in duas partes; Hoc 3. Reg. 18.
est arare in bove simul & asino: Hoc est vesti in- *Deut. 22.*
dui que ex duobus textis est: Hoc est agrum suum *Lev. 9.*
serere diverso semine: Hoc est duplice esse corde, *Ecc. 2.*
& duabus viis incedere: Hoc est sociare lucem *2. Cor. 6.*
cum tenebris, & Christum cum Balial: Hoc est *Matt. 6.*
servire velle duobus Dominis: Hoc est neque ca- *Apoc. 3.*
lidum neque frigidum esse, sed tepidum. Quæ om-
nia in Scripturis reprobantur; contra que palam *2. Cor. 6.*
conceptis verbis edicitur: In omnibus exhibea- *Luc. 17.*
mus nosmetipso sicut Dei ministros.

Times forte, ne nimis multa Deo præstes! In-
consulte! Postquam fecisses omnia, te non nisi
servura inutili pofueri deberes; qua-
lem te vero dices cum aliqualem
tantum partem reddideris?
Vide in 1. parte, Die
4. Ian.

Lg**FERIA**